

non uent regnum di cum obseruatione: neque dicent ecce hic  
aut ecce illic; ecce enim regnum di: in uos est.

**E**rat ad discipulos suos uenit dies: quando desideratis uideri  
unum diem filij hominis: & non uidebitis;

**E**t dicent uobis ecce hic ecce illic; nolite ire neque sectemini:  
nam sicut fulgor coruscans de sub caelo: ita quae sub caelo  
fuit fulgor: ita erit filius hominis in die sua.

**P**rimum autem oportet illum multa pati: & reprobari a ge  
neratione hac. **E**t sicut factum est in diebus noe: ita erit  
in diebus filij hominis: edebant & bibebant: uxores du  
cebant: & dabantur ad nuptias: usque in diem quauit uenit  
noe in arcam: & uenit diluuium & perdidit omnes;

**S**imiliter sicut factum est in diebus loth: edebant & bibebant:  
uicabant & uendebant: plantabant aedificabant; qua  
nocte autem exiit loth a sodomis: pluit ignem & sulphur

de caelo: & omnes perdidit; secundum haec erit quae die  
filius hominis reuelabitur; **I**n illa hora qui fuerit in tecto:  
& uasa eius in domo: nec descendat tollere illa: & qui in agro  
similiter non redeat retro; **M**emores estote uxor is loth.

**Q**uicumque quae fuerit animam suam saluam facere: per  
dat illam; & quicumque perdidit illam: uiuificabit eam.

**D**ico autem uobis in illa nocte erunt duo in lecto uno: unus  
assumetur & alter relinquetur; Duae erunt molentes in  
molem una assumetur & altera relinquetur; Duo in agro  
cuius assumetur & alter relinquetur;

**R**espondentes dicunt illi: ubi dne: quid dixeris; ubi cumq;  
erit corpus illuc congregabuntur aquilae;

**D**ebat autem & parabalam ad illos quo oportet semper  
inire: & non deficere dicens; Iudex quidam fuit in quada  
muitate: qui non timebat: & hominem non reuerbatur;